

XXVII. MAII.

In festo S. Mariæ Madgalenæ de Pazzis Virg. Epistol. Fratres, qui gloriatur, ut in commûn. Virgin. pag. xix.

XXX. MAII.

In festo S. Felicis Papæ & Mart. Epist. Charissimi, Beatus vir, qui suffertentat. de commûni unius Mart. Pont. pag. i.

XXXI. MAII.

In festo S. Petronillæ Virg. Epist. Fratres, De Virginitibus præceptum, de commûn. Virg. non Martyr. pag. xx.

FESTA JUNII.**II. JUNII.**

Sanctorum Martyrum Marcellini, Petri, atque Erasmi, Epist. Fratres, Non sunt condignæ, de comm. plur. Mart. pag. x.

VI. JUNII.

In festo sancti Norbèrti Episcopi & Conf. Epist. Ecce sacerdos magnus, de comm. Conf. Pontif. pag. xii.

IX. JUNII.

Sanctorum Martyrum Primi, & Feliciani, Epist. Justi autem in perpetuum, de commûni plurim. Mart. pag. viii.

X. JUNII.

In festo S. Margaritæ Reginæ Scotiæ, Epist. Mulierem fortem, de commûni nec Virg. nec Martyr. pag. xxi.

XI. JUNII.

In festo sancti Barnabæ Apóstoli.

Lectio Actuum Apostolorum.

Act.
2. c

IN dièbus illis: Multus nùmerus crederentium Antiochiæ, conversus est ad Dòminum. Pervénit autem sermo ad aures Ecclesiæ, quæ erat Jerosòlymis super istis: & miserunt Barnabam usque ad Antiochiam. Qui cum pervénisset, & vidisset grátiam Dei, gavisus est: & hortabatur omnes in proposito cordis permanere in Dòmino: quia erat vir bonus, & plenus Spírиту sancto & fide. Et appósita est multa turba Dòmino. Profectus est autem Barnabas Tarsum, ut quæret Saulum: quem cum invenisset, perdúxit Antiochiam. Et annum to-

tum conversati sunt ibi in Ecclesiá: & docuerunt turbam multam; ita ut cognominarentur primum Antiochiæ discipuli, Christiáni. Erant autem in Ecclesiá, quæ erat Antiochiæ, Prophætæ & doctóres, in quibus Barnabas, & Simon qui vocabatur Niger, & Lúcius Cyrenensis, & Mánahen, qui erat Heròdis Tetrarchæ collectáneus, & Saulus. Ministrántibus autem illis Dòmino, & jejunántibus, dixit illis Spírítus sanctus: Segregáte mihi Saulum & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. Tunc jejunántes, & orántes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos.

XII. JUNII.

In festo S. Joánnis à Sancto Facúndo Conf. Epist. Beatus vir, de commun.

Conf. non Pont. pag. xvi.

XIII. JUNII.

In festo sancti Antonii de Pádua, Epistol. Fratres, Spectáculum facti, de communi Confes. non Pontif. pag. xvi.

XIV. JUNII.

In festo S. Basílii Episcopi & Confessôris. Epist. Charíssime, Testíficor coram Deo, de comm. Doctor. pag. xv.

XV. JUNII.

Sanctôrum Martyr. Viti, Modésti, atque Crescéntiæ, Epist. Justôrum animæ, de comm. plurim. Mart. pag. viii.

XVIII. JUNII.

SS. Mártyrum Márci, & Marcelliani, Epist. Fratres, Justificáti ex fide, de comm. plurim. Mart. pag. x.

XIX. JUNII.

In festo S. Juliánæ de Falconériis Virg. Epist. Fratres, Qui gloriâtur, de comm. Virg. pag. xix.

XX. JUNII.

Sancti Sylvérii Papæ & Mártyris.

Léctio Epístolæ B. Judæ Apóstoli.

Charíssimi, Mé-
mores estôte ver-
bôrum, quæ præ-
dicta sunt ab Apóstolis
Dómini nostri Jesu Chris-
ti, qui dicébant vobis
quóniam in novíssimo
tém-
pore vénient illusó-
res secúndum desidéria
sua ambulantes in impie-
tátibus. Hi sunt qui sé-
gregant semetipsos, ani-
males, Spíritum non ha-
béntes. Vos autem cha-
ríssimi, superædificátes
vosmetipsos sanctíssimæ
vestræ fidei, in Spíritu

Jude
1. d

sanc-

sancto orántes, vosmetíp-
sos in dilectiône Dei ser-
vâte, expectántes miseri-
córdiam Dómini nostri
Jesu Christi in vitam
ætérrnam.

XXII. JUNII.

Sancti Paulini Episcopi
& Confessôris.

Léctio Epístolæ Beáti
Pauli Apóstoli ad
Corínthios.

2.
Cor.
8. b.

FRatres, Scitis grá-
tiam Dómini nos-
tri Jesu Christi,
quóniam propter vos egé-
nus factus est, cùm esset
dives: ut illius inópia vos
dívites essétis. Et consí-
lium in hoc do: hoc enim
vobis útile est, qui non so-
lùm fácere, sed & velle
cœpistis ab anno priôre:
nunc verò & facto perfí-
cite: ut quemádmódum
próptus est ánimus vo-
luntátis, ita sit & perfí-

ciéndi ex eo quod ha-
bétis. Si enim volúntas
prompta est, secúndum
id quod habet, accépta
est, non secúndum id
quod non habet. Non
enim ut áliis sit remíssio,
vobis autem tribulátio,
sed ex æqualitáte. In præ-
sénti tém-
pore vestra
abundántia illôrum inó-
piam súp-
pleat: ut & illô-
rum abundántia vestræ
inópia sit supplémén-
tum, ut fiat æqualitas, si-
cut scriptum est: Qui
multum, non abundávit:
& qui módicum, non
minorávit.

XXIII. JUNII.

In Vigília sancti Joánnis
Baptistæ.

Léctio Jeremiæ Prophet.

IN diébus illis: Fac-
tum est verbum Dó-
mini ad me, dicens:
Priusquàm te formárem

Jer.
1.

in

in útero, novi te: & ánte-
quàm exíres de vulva,
sanctificávi te, & Prophé-
tam in Géntibus dedi te.
Et dixi: A a a, Dómine
Deus: ecce nescio loqui,
quia puer ego sum. Et di-
xit Dóminus ad me: No-
li dicere: Puer sum: quó-
niam ad ómnia, quæ mit-
tam te, ibis: & univér-
sæ quæcúmque mandávero
tibi, loquêris. Ne timeas
à facie eórum: quia te-
cum ego sum ut éruam
te, dicit Dóminus. Et mi-
sit Dóminus manum suam,
& tétigit os meum: &
dixit Dóminus ad me:
Ecce, dedi verba mea in
ore tuo: ecce, constitui
te hodiè super Géntes, &
super regna: ut evéllas,
& déstruas, & dispérdas,
& dissipes, & ædífices, &
plántes: dicit Dóminus
omnípotens.

XXIV. JUNII.
In Nativitate S. Joannis
Baptistæ.

Lectio Isaïæ Prophætæ.

A Udíte ínsulæ, &
atténdite pópuli
de longè: Dómi-
nus ab útero vocávit me,
de ventre matris meæ re-
cordátus est nóminis mei.
Et pósuit os meum quasi
gládium acútum: in um-
bra manus suæ protéxit
me, & pósuit me sicut sa-
gittam eléctam: in pháre-
tra sua abscondit me. Et
dixit mihi: Servus meus
es tu Israël, quia in te glo-
riabor. Et nunc dixit Dó-
minus, formans me ex
útero servum sibi: Ecce
dedi te in lucem Gén-
tium, ut sis salus mea us-
que ad extrémum terræ.
Reges vidébunt, & con-
súrgerint príncipes, & ado-
rábunt propter Dómi-
num, & sanctum Israël,
qui elégit te.

IN-

Infraoctáva & in die
Octáva S. Joannis dici-
tur Epístola sicut in die.

XXV. JUNII.
In festo S. Gulielmi
Epist. Diléctus Deo, de
comm. Abbátum, pag.
xviii.

XXVI. JUNII.
In festo Sanctórum Már-
tyrum Joannis & Pauli
Epist. Hi viri misericór-
diæ sunt, ut infra in Oc-
táva SS. Apostolórum
Petri, & Pauli, pag 198.

XXVIII JUNII.
In festo S. Leónis Papæ
& Conf. Epist. Fratres,
Plures facti sunt sacerdo-
tes, de communi Conf.
Pont. pag. xiii.

XXVIII. JUNII.
In Vigil. SS. Apostolór.
Petri & Pauli.

Lectio Actuum Aposto-
lórum.

IN dièbus illis: Petrus
& Joannes ascendé-
bant in téplum ad
horam oratiónis nonam.
Et quidam vir, qui erat
claudus ex útero matris
suæ, bajulabatur: quem
ponébant quotidie ad
portam templi, quæ dici-
tur Speciôsa, ut péteret
eleëmósynam ab intro-
eúntibus in templum. Is
cùm vidisset Petrum &
Joannem incipientes in-
troire in templum, rogá-
bat ut eleëmósynam ac-
cíperet. Intuens autem in
eum Petrus cum Joanne,
dixit: Réspice in nos. At
ille intendébat in eos, spe-
rans se áliquid acceptú-
rum ab eis. Petrus autem
dixit: Argéntum & au-

Bb

rum

rum non est mihi: quod autem hábeo, hoc tibi do: In nómine Jesu Christi Nazaréni surge, & ámbula. Et apprehénsa manu ejus dextera, allevávit eum, & prótinus consolidátæ sunt bases ejus & plantæ. Et exiliens stetit, & ambulábat: & intrávit cum illis in templum, ámbulans, & exiliens, & laudans Deum. Et vidit omnis pópulus eum ambulántem, & laudántem Deum. Cognoscébant autem illum, quòd ipse erat, qui ad eleëmósy-nam sedébat ad Speciósam portam templi: & impléti sunt stupóre & éctasi, in eo quod contígerat illi.

XXIX. JUNII.
In festo SS. Apostolorum
Petri & Pauli.

Lectio Actuum Apostol.

IN diébus illis: Misit ^{Act.} ^{12.} Heródes rex manus, ut afflígeret quosdam de Ecclésia. Occídít autem Jacóbum fratrem Joánnis gládio. Videns autem quia placéret Judæis, appósuit ut apprehénderet & Petrum. Erant autem dies Azymórum. Quem cùm apprehendísset, misit in cárcerem, tradens quátuor quaterniónibus mílitum custodiéndum, volens post Pascha producere eum pópulo. Et Petrus quidem servabátur in cárcere. Orátio autem fiébat sine intermissiône ab Ecclésia ad Deum pro eo. Cùm autem productúrus eum esset Heródes, in ipsa nocte erat Petrus dor-

miens

miens inter duos mílites, vinctus caténis duábus: & custódes ante óstium custodiébant cárcerem. Et ecce Angelus Dómini ástitit: & lumen refúl-sit in habitáculo: percussóque látere Petri, excitávit eum, dicens: Surge velocitèr. Et cecidérunt caténæ de mánibus ejus. Dixit autem Angelus ad eum: Præcingere, & cálcæa te cáligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi: Circúm-da tibi vestiméntum tuum, & séquere me. Et éxiens sequebátur eum, & nesciébat quia verum est, quod fiébat per Angelum: existimábat autem se visum vidére. Transeúntes autem primam & secúndam custódiam venérunt ad portam férream, quæ ducit ad civitátem: quæ ultrò apérta est eis. Et exeúntes processérunt vicum

unum: & continuò discessit Angelus ab eo. Et Petrus ad se revérsus dixit: Nunc scio verè, quia misit Dóminus Angelum suum, & erípuit me de manu Heródis, & de omni expectatiône plebis Judæórum.

XXX. JUNII.

In Commemoratione
sancti Pauli.

Lectio Epistolæ Beati
Pauli Apóstoli ad
Gálatas.

FRatres, Notum vobis fácio Evangélium; quod evangelizátum est à me, quia non est secúndum hóminem: neque enim ego ab hómine accépi illud, neque didici, sed per revelatió-nem Jesu Christi. Audistis enim conversatió-nem meam aliquán-

Gal.
1. b

Bb 2

do